Idem nomine Domaszewska Intercisam inter M. Palatinam Cracovien et eandem Domaszewska conscriptam suo pro interesse Roborat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premislien Perillustris et Admodum Reverendus Dominus Franciscus Albertus duorum nominum Kochanowski Canonicus Opatovien Plebanus Demovien olim Generosi Adriani Kochanowski de Kryzkowice Subiudicis Terrae Stężyczen cum Generosa Helisabetha Kempanowska procreatus filius sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competen recedendo Praesenti vero Castrensi Capital Praemisliensi Iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse vigore facultatis sibi recognoscenti per Venerabilem Generosam Sophiam Kochanowska olim Generosi Laurentii Domaszewski Consortem derelictam viduam sororem suam germanam ad infrascripta recognoscenda coram Actis Castren Capitan Radomien concessa et coram officio praesenti authentice reproducta nomine eiusdem Generosae Domaszewska sororis suae pro cuius rati habitione cavet ac se praesentibus inscribit Intercisam certam inter Illustrem et Magnificam Catherinam de Sobieszyn olim Illustris et Magnifici Vladislai Dominici Ducis in Ostrog et Zasław Palatini Cracovien Lucerovien Robrycen etc. Capitanei Consortem relictam viduam ab una et eandem Generosam Sophiam Domaszewska ratione certarum rerum et conditionum in eadem intercisa contentarum

de actu et data illius

de actu et data Illius hic Premisliae die decima nona Julii anno praesenti confectam manibus pro interesse Illustris et Magnifici Ducissae propria pro interesse vero memoratae Generosae Domiszewska Suis recognoscentis eadem propria subscriptam et sigillatam In omnibus et singulis eiusdem intercisae conditionibus punctis clausulis articulis vadiis ligamentis ac neribus quae intercisa quantum pro interesse memoratae Generosae Domaszewska conditionesque ipsam stringentes spectat et concernit se suosque successores in et super bonis suis quibusvis omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat tenere complere exequi et inviolabiliter observare omnibusque et singulis Illius contentis tam in toto quam in quavis minima parte satisfacere Intercisam praedictam ad inscriptionem praesentem Roborationem et inscriptionem praesentem Roborationis ad praedictam intercisam vicissim in toto referendo Idque sub vadio Duorum millium florenorum polonicorum per praefatum Perillustrem et Admodum Reverendum Dominum Kochanowski Canonicum Opatoviensem suprascriptae Illustri et Magnificae Catharinae de Sobieszyn olim Illustris et Magnifici Vladislai Dominici Ducis in Ostrog et Zaslaw Palatini Cracoviensis Consorti suae Illius successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum intercisae praefatae contentorum tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo Nihilominus suprascriptus recognoscens Perillustris et Admodum Reverendus Dominus Canonicus Opatoviensis debebit et tenebitur prout se ac suos successores in et super bonis suis quibusvis omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis praedictae Illustri et Magnificae Catharinae de Sobieszyn olim Illustris et Magnifici Palatini Cracoviensis Consorti et Illius successoribus inscribit et obligat praefatam memoratam Generosam Zophiam Kochanowska olim Generosi Laurentii Domaszewski Consortem sororem vero suam germanam vel in eventu mortis successores ipsius ad approbandam per ipsam inscriptionem praesentem Roborationem vel similem suo pro interesse faciendam ad Acta quaevis

authentica Regni intra decursum medii anni adducere et personaliter Statuere ab eis vel eius Successoribus et promissa exequatur efficere Idq[ue] sub Seorsivo vadio Duorum millium floren[orum] polon[icorum] per eundem Perillustrem et Admodum Reverendum Kochanowski Suis Illius Successores Suprascriptae Illustri et Magnificae Catherinae a Sobieszyn olim Illustris et Magnifici Vladislai Dominici Ducis in Ostrog et Zaslaw Palatini Cracovien[sis] consorti relictae viduae vel eius posteris ob non Statuitionem Suprascriptae Generosae Domaszewska Sororis Suae pro tempore et loco Supra expressis ad Solvendum Succumbendo Interea vero temporis Statuitionis Suprascriptae Generosae Domaszewska Sororis Suae vel in eventu mortis Successorum ipsius Suprascriptus recognoscens Perillustris et Admodum Reverendus Canonicus Opatovien[sis] debebit et tenebitur prout et cum Suis Successoribus Super omnibus generaliter bonis Suis ac Summis pecuniariis quibuscunque habet et habebit praedictam Illustri et Magnificae Palatinae Cracovien[sis] inscribit et obligat ipsam et eius Successores ab omni et quavis impetitione iuridica quarumlibet personarum cuiuscunq[ue] Conditionis Status et Sexus existen[tium] ex occasione Suprascriptae Generosae Domaszewska Sororis Suae Statuendae modo quovis exoriunda In omni iudicio et officio Regni semper quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et eliberare Idq[ue] Sub alio Seorsivo et Speciali vadio Summae Duorum millium floren[orum] polon[icorum] per eundem Perillustrem et Admodum Reverendum Canonicum Opatovien[sem] vel eius Successores Suprascriptae Illustri et Magnificae Catherinae de Sobieszyn Palatinae Cracovien[sis] eiusq[ue] Successoribus ob non completionem praemissorum omnium et Singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad Solvendum Succumbendo Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad Solvendum Succubitis ac in aliqua principali ex Contentis inscriptione praefata non completa complenda citatus existens memoratus recognoscens

Perillustris

Perillustris et Admodum Reverendus Franciscus Albertus duorum nominum Korha: nowski Canonicus Opatoviensis aut ipsius successoris Ad instantiam desuper scripti Illu: stris et Magnificae Catherinae de Sobieszyn olim Illustris et Magnifici Vladislai Domini Ducis in Ostrog et Zaslaw Palatini Cracoviensis Consortis relictae viduae aut ipsius posterum ad officium Castrense Capitaneale Radomiense extunc necessarii: prescripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare incipere respondere vadia praefata luere inscriptioni praefatae satisfacere de omni iudicatum quod debebit et tenebitur seque ac suos succes: sores ad eadem omnia inscribit et obligat eundem terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quaestionem ultra proximos terminos officii praefati Castrensis Capitanealis Radomiensis dilationem sibi non recipiendo nullas motiones appellationes protestationes et earum prosequutiones faciendo ac prae: missa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus lapsis praescriptione terrestri bello commotioneque et aliis quibusvis iuris remediis et facti defensis non evadendo nec modo quovis subterfugiendo se ac sua praesenti per: sonali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Praemisli: ensi Feria Secunda in Vigilia